



abt. m. 4 B.

1) Pfaffrad, C.  
2) Carpinus, B.

N. VI. 49.



I. N. J. A.

INTRODUCTIONIS AD LOCOS

Theolog. B. Chemnitii,

DISPUTATIO XVI.

Ex quâ

DE

TERTIO GENERE COM-  
MUNICATIONIS IDIOMATUM

*Praefide*

JOHAN-BENEDICTO CARPZOVV SS. Theol.

Licentiato, Profess. Publico & ad D. Thomæ  
Ecclesiaste;

*Respondentē*

M. JUSTO Bisemivindel  
Riga-Livono.

Die 14. Decembris, Anni 1648.  
*disputabitur.*

---

LIPSIAE,

Typis HENNINGI COLLI

2000. СА ЗИОТГУСЯТИ  
1795. Год

МАЯ ОДЫХНЯЩА

Было  
в

МОДЯЯЕНДОГИЛ  
МИГАНОВСКОМУ

Было

JOHANN-BENEDICTO CARPZONI 22. T. 1795.

Было



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-570813-p0005-3

DFG



## ARTIC. III.

De

## Tertio Genere Communicationis Idiomatum.

I. Tertii Generis Communicationis Idiomatum  
doctrina, utut difficilis sit & ardua, tamen non  
propterea negligenda est, sed simplici ac pio studio  
tractanda c. XIX. 120, a.

## §. 1.

**M**onet Chemnitius p. 121. esse, qui intra terminos hactenus in  
præcedentibus positos, totam doctrinam de Communicati-  
one Idiomatum coarctent ac cõerceant, ac ulterius nec ipsi pro-  
grediantur, nec alios progredi patientur. Hos, inquit, doctrinæ  
hujus evidētia ex Scriptura adeo con vincere, ut post acres  
contentiones tandem fateri & agnoscere cogantur, babere Hym-  
manam Naturam ex hypostatica Unione innumera uerēfūtiā  
& wārafūtiā.

§. 2. Qualia sint hæc dona, ex sequentibus manifestum erit,  
nunc lufficit ostendisse, Tertium Genus Communicationis superes-  
se, quod omnino piam meditationem requirat. Quæ de quæ-  
stione: an detur hoc tertium genus? disputari solent, legi pos-  
sunt in Gerhard. Exeg. §. 205 p. 1368. seqq. §. 247 p. 1437. seqq. Run-  
gio Disp. III. AntiCalv. t. b. 3. seqq. p. 46. seqq. Hutter. in Loc. Theol.  
f. 166. in FC. p. 800. & contr. Sadeelem per rotū; Meisner. Disp. XVII.  
Christolog. Menz. contra Sadeelem & Martinium. Schröder in Fase.  
Controvers. p. 110 seq. & 1010 l. III. Sceptri regal. p. 352 seq. Gravver in  
A.C. in Suppl. art. III. p. 220. seqq. D. Weller. Disp. VI. part. 2. Anti-  
mas. D. Scharffio in. Colleg 2. AntiCalvianian. Disput. IIX. IX. X.

§. 3. Triplicem autem usum hujus doctrinæ annotavit Chemni-

A

tius

tius. Unus est *Didascalicus*; multum enim hæc doctrina profest ad veram & salutarem agnitionem Personæ & Officii Salvatoris nostri JESU CHRISTI: Alter est *Consolatorius*, dum suavissimæ inde Consolationes sumuntur. Tertius vero est *Elencticus*; Nec enim paucæ controversiæ sunt, quæ absq; vera hujus doctrinæ cognitione rectè exp̄ diri non possunt.

*II. Ut i verò Tertium Genus Communicationis Idiomatum à ceteris Communicationis gradibus primo scil. & secundo est distinctum; ita & ejus distinctionis ritè haberi debet ratio.* c.XII.p.79.b.  
c.XIX.p.123.a.

§.1. Perpetuus hic *Adversariorum dolus* est, quod confundat Primum & Terrium Genus Communicationis Idiomatum, & ex duobus distinctis unum faciant, salsem ut speciosum glaucoma falsæ doctrinæ suæ simplicioribus objiciant, & non videri velint *Communicationem Idiomatum negare*, quod tamen revera faciunt.

§.2. Certum & manifestum est, scribit *Cheznitius* pag. 123.  
a. doctrinam hanc non esse integrum & perfectam, si tantum de physicis & essentialibus naturarum proprietatibus in Christo disputatur, nec nouam illæ doctrinam integrum & perfectam esse, si tantum doceatur in primo gradu Idiomata naturarū tribui seu communicari Personæ. Et in secundo Genere utramque in Christo Naturam agere cum communicatione alterius, quod cujusque proprium est. Sed præter hæc duo Genera etiam explicandum esse, quod Humana Natura in Christo præter manentes Essentiales suas proprietates ex hypostatica cum Deitate Unione innumera uterque acceperit, & quænam illæ sint, & quomodo naturæ assumtæ communicata sint, hoc est, præter duos priores gradus, alium adhuc ponendum esse tertium gradum seu Genus eorum, quæ ex hypostatica illæ Unione oriuntur & consequuntur.

§.3. Tri-

§. 3. Triplicem autem differentiam horum Generorum anno-  
tavit Chemn. pag. 79. b. 123. a. & 143. a. & b. Prima est in subje-  
ctis. In Primo enim Genere loco subjecti stat Persona secundum  
illam naturam, cuius Essentialiter proprium est id quod enunci-  
atur: In secundo Genere, Persona secundum utramq; naturam: In  
Tertio autem Genere subjectum est vel Persona secundum Huma-  
nam tantum Naturam, vel ipsa etiam Humana Natura in Concre-  
to. Deinde differunt prædicatis. In primo genere enunciantur  
essentiales cuiusque naturæ proprietates: In secundo Opera ad quæ  
cuiusque naturæ sive propriae & naturales sive appropriatae, sive  
communicatae actiones concurrunt: In Tertio vero non nisi τὰ γένετα  
τριπλούσια, & quidem ut in tempore illa fuerunt communicata. Un-  
de & Tertia sequitur differentia, quæ est in Communicationis mo-  
do, qui non est reciprocus in Tertio Genere sicut in primo Gene-  
re. In primo enim Genere tamen DEO, quæ sunt hominis, quæ  
homini, quæ DEI sunt, tribuuntur: Non vero in Tertio Genere  
hoc sit, propterea quod Divinæ naturæ ex hypostatica Unione  
nihil accesserit, nihilq; illa inde habeat & acceperit ad perfectio-  
nem sui, sicut Humana Natura innumerabilia inde accepit &  
habet. Vid. Mentzer. in AntiMartini. pag. 199. Disp. XI. Tom. V.  
Marpurgg. Disp. th. 20. Gerhard. in Exeges. §. 272. p. 1457.

*III. Hoc Tertium Genus varia sua nomina  
habet, sed notantissimum est istud, quo Commu-  
nicatio Majestatis nuncupatur c. XII. pag. 82. a.*

§. 1. Ipsum vocabulum *Communicationis* quosdam offen-  
dit, & metuerunt, ne vi vocis suæ, istud confusionem, conversio-  
nem, abolitionem aut exæquationem includeret & adferret, sed  
*Ecclesia vetus hoc nec vidit nec metuit, inquit Chemn. c. XII. p. 73. a.*  
*acc. XXIII. p. 162. a.* ostendit, ipsam vocem tale quid non impor-  
tare, cum inhabitatio Spiritus S. in credentibus vocetur *κοινωνία*  
*2. Cor. XIII. 13.* & credentes dicantur *κοινωνόι* Divinæ naturæ 2.  
Petr. 1, 4. neque tamen hinc de confusione, exæquatione, additio-  
ne &c. aliquid præsumi possit ac debeat.

§. 2. *Varia ista nomina & appellatives, quibus Antiquitas Orthodoxa Tertium Genus Communicationis Idiomatum explicare & illustrare voluit, recitat Chemnitius integrum c. XXVI. p. 213. seqq. ac sub finem p. 216. b. sancte protestatur se cum nemine de appellationibus esse litigaturum, additens quod quis aptioribus & commodioribus appellationibus ac doctrinam hanc explicandam & illustrandam utatur, eò maiorem gratiam ei deberi.*  
*Vid. Gerhard. Exeges. §. 261. p. 1357. & in Isagog. p. 381.*

§. 3. *Quia vero Eutyches ad suam confusionem nonnulla veterum vocabula pessime pertraxit, bene monet Chemnit. p. 216. b. Delectum in hisce veterum vocabulis haberi debere, idque inter cætera p. 313. b. ostendit de vocabulo Deificationis, quod quidem olim in tota veteri Ecclesia, Graecapresentim usurpatum, & a Damasco l. 3. c. 12. satis orthodoxe explicatum, fuerit, sed hodie propter Certamina Eutychis & deliria Schyventfeldii de conversione & exæquatione naturarum nostrotempore exortā, in commodius factum, ut ejus usus revocari hodiè non debeat. Cautio etiam abstinet ipsemet ab Effusionis termino, qui à D. Brentio in sensu non physico sed metaphysico atq; in Orthodoxo usurpatus olim multūm litigii fecit, de quo legi potest Apolog. F.C. contra Bremensis t. I. p. 20. b. B. Hunnius t. II. Opp. f. 162. 163. Gerb. in Exeges. §. 274 p. 1401.*

§. 4. Frequens est, nec Chemnit, displicer vocabulū Nysseni quo Tertium hoc Genus appellavit μετατοπίαν: si modò ut p. 217. annotavit, addatur declaratio ista, quod non transmutatio seu Conversio naturarum, sed provectione in melius & evertio ad summam sublimitatem intelligatur. Multis Theologis vocabulum Unctionis placet, quod Scripturæ conuenientissimum id est videatur. Unde Dn. Schröder in Sceptro regali Christi l. 3. c. 1. pag. 354. distingvit inter Communicationem per qua sit unctionem, & Communicationem per Exaltationem. Approbat vocabulum Menzer. Tom. I. Giss Disp. 2 th. 20. & Feuerborn in Fascis. III. Disp. V. th. 24 p. 239 seqq.

§. 5. Chemnitius hoc Tertium Genus, appellat Communicationem Majestatis & ad alios eruditos, qui ante ipsum id fecerant,

257

rant, cap. XII. p. 217. a. provocat. Quia inquit c. XXVII p. 217.  
a. Veteres plerunque vocant novum vicem, metabasis nō metathesis, quæ  
vocabulo Communionis & Communicationis redduntur, & ea que  
traditæ sunt Christo in tempore, in Genere vocant æfigiem, æfigiū,  
dñōjæv, dñvχ̄ματα, quæ Majestatis vocabulo redduntur, Inde aliquo-  
cies Tertium hoc Genus appellavi Communica'ionem Majestatis. se-  
ntus alios, & quia hec appellatio Antiquitatis, etiam Scriptura vo-  
cabulis proximè accedit.

IV. Ad hujus Tertiī Generis dexteram in-  
telligentiam tria observari debent: 1. Subjectum  
cui Communicatio facta est. 2. Objectum, quod  
Communicatum fuit & 3. Ipse Communicationis  
modus. Chemnitius c. XXV. p. 18. b.

V. Subjectum cui facta est Communicatio,  
non est Divina Natura, sed assumta humana  
natura secundum Personalem Unionem consi-  
derata c. XI X. p. 221. b. c. XXI. p. 132. b. c. XXII. p. 143.  
seqq. c. XXIII. p. 163.

§. 1. In varia diverticula se convertunt, qui Christo secun-  
dum Carnem Majestatem Divinam admunt & detrahunt, & mi-  
serè subjectum pervertunt. Communiter nominant Personam  
in Concreto, cui Majestas tribuatur secundum Divinam natu-  
ram sicut in primo Genere Filius Hominis dicitur fuisse ante in-  
carnationem. Sed Theorem 2. fuit ostensum, quantum discri-  
minis in inter genera hæc sit. Etsi enim Christo secundam Divi-  
nam naturam quoque ista prædicata competant, quæ enuncian-  
tur in hoc Tertio Genere: tamen quia non propter Unionem Per-  
sonalem tribuuntur, sed essentialiter; ideo iste modus prædican-  
di huc non pertinet sed iste tamum, quo per & propter Unio-  
nem Personalem prædicantur divina de Christo.

§. 2. Quæcumq; ergo in Tertio Genere prædicatur, nō nisi Humane

Natura seu Christo secundum Humanam Naturam tribui possunt, id quod ipse Barnerius Chemnii Davaus in Examine Chemnitii dissideri non potuit, sed p. 631. benignè & prolixè, ut loquitur, largitur, quæ Christo donata dicuntur, e respectu Humanae Naturæ aut secundum Humanam Naturam dici donata.

§. 3 Probat autem hoc Chemnitus, (quod repetit velut in ouvrage c. XXIII. p. 147. b. 1.) à Naturæ Divinae excelsumitate, simplicitate & immutabilitate pag. 121. 143. 146. & quod recte hoc argumentum intelligatur, c. XIX. p. 121. b. distinctionem inter Personam & Naturam tō alij subministrat, cuius beneficio intelligi recte possint, quæ ex Augustino & aliis Partibus de accessione facta Divinæ Naturæ per Unionem Personalem objici solent. Quantum enim ad τὸν λόγον attinet, Aliud est, quando consideratur ut Persona, quæ ab aeterno à Patre genita subsistit, & Aliud est, quando Divina ejus Natura, ut in sece perfectissima consideratur. Nimirum ipsi Personæ accessio facta est, & hoc vult Augustinus, per accessionem Deo factam; Quando enim Verbum Caro factum est Job. I. 14. ex simplici Personâ constante una Naturâ, Divinâ scilicet, per illam assumptionem Cœnitis facta est ὑπόσαρξ σύνθετος, quæ nunc constat duabus Naturis, vel sublisit in duabus Naturis. Ipsius verò Divina Naturæ inde nihil accessit, sed qualis ab aeterno fuit ante Unionem, talis etiam mansit in Unione, est & erit etiam post Unionem. (2.) à Scripturæ Autoritate. Hæc enim in hoc Genere Communicationis non tantum ipsam Naturam Humanam nominat Job. VI. 33. 51. 53. 54. I. Johann. I. 7. & ejusmodi notationes addit, ex quibus manifestò patet, Humanam Naturam seu Christum secundum eam Naturam hîc intelligi, in qua passus, mortuus & suscitatus est, Ephes. I. 20. c. IV. 10. Ebr. II. c. & c. 9. sed insuper ipsam declarationē addit Job. V. 27. nimirum particulam ὅτι quia, vel quatenus filius hominis est, id quod aliquoties urget Chemn. c. XV. p. 97. c. XXI. p. 131. a. c. XXII. p. 135. b. p. 143. b. 144. a. c. XXIV. p. 175. b. c. XXIX. p. 221. b. Ubi de particula ὅτι notandum, esse illam in hoc genere limitativam quidem, sed non Causalem verum Ostensivam & dñi iux. Non enim particula hâc significatur attributum, quod enunciatur, esse essentiale,

tionale, sicuti in primo Genere Communicationis particula hæc accipitur; sed monstratur saltem Naturam tanquam Objectum, cui prædicatum propter Unionem personalem tribuitur. De dicto hoc videatur Chemn. in Harm. c. 46. p. 189. & Gerhard. in Exeg. §. 205. p. 1368. seqq. (3.) à Consensu Ecclesie. Tota Orthodoxæ Antiquitas uno ore ac consentienti Confessione donationem illam non Divinæ, sed Humanæ Naturæ factam intellexit scribit Chemn. c. XXII. p. 143. b. & repetit statim p. 144. a. ac testimonia ipsa magna numero adducit c. XIX. p. 122. a. & b. & XXI p. 130. b. 131 a. 132. b. Nimis hæc perpetua Orthodoxæ antiquitatis regula est ac fuit: Quaecunque scriptura dicit in tempore data esse Christo ita ut eum perficiant, illa de Christo intelliganda sunt non secundum Divinam Naturam, sed secundum assumptam humanitatem. Cujus fundamenta allegant Mentzerus contra Sadeel. p. 34. Gerhard. in Exeg. §. 205. 206. 207. p. 1364. seqq. Schröder in sceptro Regalil. 1. t. 6. p. 69. seqq.

§. 4. Diligenter autem hic observari debet, Naturam Illuminam, quando & quoties in hoc tertio Genere nominatur, non considerari in se & quatenus proprietatibus suis essentialibus constat, ac Naturæ nostræ est opus dei, sed quatenus hæc eadem vera, integra, suisque essentialibus constans proprietatibus, unita est τῷ λόγῳ, in λόγῳ subsistit, ac cum λόγῳ unum ὑφιστάμενον constituit, ut etiam hic ωροτελεσμὸς, si non adjiciatur expressè, semper tamen subintelligi debeat, id quod toties inculcat Chemn. quoties ad Unionem Personalem provocat. Non in abstracto (sc. Naturæ) illa accepit & habet inquit c. XXVI. p. 212 b. hoc est, si consideretur vel seorsim quasi extrallionem, vel si in ipsa Unione ex se & per se, in se aut secundum se consideretur, sed per Oeconomiam hypostaticæ Unionis: Quod ideo addo, ne aquivocatione Vocabuli Abstracti doctrinaturbetur. Repetunt hoc ex Chemnitio Mentzer in scriptis suis passim Disput. X. Tom. V. Marpurg. Th. 22. p. 90. contra Sadeel. de Communic. Idiomatum p. 339. Gerhard. Exeg. §. 201. p. 1358. Apologia Form. Concord. c. 2. f. 36. etiam probè hoc explicavit: Vocabula abstractiva, inquit, quæ propriè ad Humanam Naturam Christi in Unione Personali consideratam referuntur, ne qua-

quaquam de separata Humanitate extra Unionem Personalem, verum in ipsa Unione Personali ali intelligimus. Quod si quis etiam ad separatam Humanitatem, in se extra Unionem Personalem ea referre vellet, hujus interpretationem meritò rejicimus & damnamus. Et in hoc sensu Lutherus etiam in s. LIII. Esiae citatur à Chemnitio p. 157. b. hanc rem exposuit.

s. 5. Hinc meritò si non pro equipollentibus, tamen pro Consecutariis in Tertio Genere Communicationis Idiomatum, habentur; Christus secundum Humanam Naturam & Caro Christi secundum Unionem Personalem spectata. Nam à Concreto persona limitatos, secundum humanam naturam dicto ad abstractum personæ seu ipsam humanam naturam rectè hic valet argumentatio. Verum est, Humana Natura & Christus Homo seu secundum Humanam Naturam videntur differre modo significandi, ut Concretū & Abstractū, & non pauci Theologi sunt, qui Tertiī Generis propositiones in Concretivas & Abstractivas distingvunt, uti præceteris facit Dn. Schroderus in Scept. Regali l. I. c. 5. p. 46 sed tamen re significat ac sensu non differunt; quia & illa ipsa subjecta, Caro Christi, Humana Natura, Concretivum sensum habent, sicuti in Refutatione Orthodoxi Confess. c. VI f. 221. id Domini Würtenbergi- ei Theologi ostenderunt, & utroque Persona Christi secundum Carnem intelligitur quod perpetuo etiam observavit Chemnitius. Inter eā non confundimūs nomina Personæ & Naturæ, cuius Criminis Neostadienses Formulam Concordiæ postulant, sed ducem & autorem Christum ac Spiritum S. cum Orthodoxa antiquitate in phrasibus hisce sequimur, uti Apologia Form. Conc. c. 2. p. 36. 37. istud exposuit. Vid. Gerhard. Exeg. s. 273. pag. 1458. seqq.

VI. Id quod Communicatum est Humanæ Naturæ, est vel creatum & finitum vel increatum & infinitum c. XIX. p. 124. b.

s. 1. Nimis Humana Natura in ipsa Unione non tantum essentialia & physica sive habet ac retinet Idiomata, sed præter ultra & supra illa accepit & habet ex hypostaticall Union, eius-

numeris ὑπέρφυσιν & ταχαφυσιν spiritualia, cœlestia & Divina Dona, non tantum quæ Divinæ Naturæ Effecta sunt, & Formaliter, subiectivè ac habitualiter inhærent, sed etiam quæ ipsissima Idiomata sunt Divinæ Naturæ, ut Chemn. c.XXI. p. 129. id explicat & 130. a.

§. 2. Hinc sequitur vocari id, quod Carni Christi Communicatum est, DIVINVM, non tantum effectivè, quia à D E O tanquam autore effectum est, sicut dona finita & Creata ita dicuntur Divina; sed etiam formaliter, quia D E I per naturam proprium, & per quod Deus ipse est, qualiter Divina sunt dona, increata & infinita.

§. 3. Non igitur dona confundi debent, quæ gradibus differunt à donis sanctorum aliorum, & quæ toto Genere differunt: Christus, inquit Chemn. c. XXI pag. 133. a. secundum humanam suam Naturam, quatenus illa Personaliter unita est λόγῳ, differt à reliquis sanctis, non tantum ratione donorum, comparatè, superans reliquos numero & gradibus donorum; verum etiam ratione Unionis, toto Genere in sanctis differt. In nulla enim alia natura Divina gloria unigeniti ita lucet, per nullam aliam ita se exerit, sicut in assumta humana natura.

VII. Finitum & Creatum, sunt qualitates seu habitus isti, quos in Humanam Christi naturam ultra physicas ejus vires, facultates & conditiones Divina Natura divinâ suâ ἐνεγκέδω contulit & effudit. c. XX. p. 124. b. seqq.

§. 1. Non vult Chemn. p. 127. a. ut vetus illa Disputatio contra dona habitualia, in Ecclesiam revocetur, sed ad minuendas Controversias & distingvenda illa, quæ ab aliis confunduntur, utile esse judicat, si concedantur habitualia & Finita dona in Christo, ex Unione hypotheticâ effecta seu creata.

§. 2. Hæc dona & qualitates (i.) toto genere ab ipsis essentiâlibus Divinæ Naturæ idiomaticis differunt, & sunt effecta Divinæ

B Na-

262.

Naturæ, quæ ita in Carne operata est, ut formaliter, subjectivæ ac habitualiter illis inhærent. (2.) copiâ & mensurâ & etiam perfectione omnia dona, sanctis à D E O inhabitatis concessa, superant, pag. 124. a. & b. (3.) ac non in corpore tantum, sed etiam in anima hærent pag. 135. a. (4.) ita ut non statim absoluta & perfecta fuerint, sed magis magisque creverint, salvâ tamen (5.) humilitationis, infirmitatum suscepatarum & Exinanitionis ratione pag. 126. a.

§. 3 Quòd hæc dona in Carnem Christi fuerint collata, probatur (1.) ex Scriptura, quæ distinctis textibus hoc asserit. Præcipius est *Luc. II. 40. & 52.* Et si enim non nescius fuerit *Chemnitius*, textum hunc à plurimis Patribus de usurpatione infinitorum donorum magis magisque per ætatis incrementum sese exercende, exponi, uti prolixè *cap. XV. Harmonia meminit, & Formula Concordiæ in Epitome p. 591.* eundem sensum recipit: bene tamen distinguit phrases in textu v. 40. & 51. & utut l. all. p. 267. in *Harmonia Evangel.* quoad primum versum concedat, de ista Phrasa, quâ J E S U S dicitur ωληρδμεν Θ σοφίας, quod ωληρδμα istud dicatur se magis magisque exeruisse; tamen quoad alterum versum p. 125. a. & 282. assentitur explicationi *Ambrofi T. 2 l. de Sacramento Incarnationis c. 7. f. 106.* & aliorum qui de donis finitis Carnis Christi augmentum capientibus, & successivè eam magis magisque replentibus, textum interpretantur propter illam ipsam rationem, quam Ambrosius allegat; quia sapientia jungatur natura & utrumque eodem verbo proficere regatus ac eram Deo & hominibus augmentum istud dicatur factum esse. Addit ibid. de *Samuele* eodem modo scripturam loquitur. *Sam. II. 26.* Factum hinc est, ut à multis Theologis utraque explicatio conjuncta fuerit. Vid. *Menzler. contra Sadeel. p. 33. Anti-Martin. p. 33. Winckelmann. Disp. VII. th. 30. T. III. Marpurg. Hütter, contra Sadeel 143 ad 153. Meissner. in Schol. Acad. Disp. 2. th. 210. p. 140. Gerhard. in Exeg. §. 179 p. 1468.* Deinde allegat ead. pag. *Chemni.* textum *Esa. XI. 2.* Et non putandum est, *Chemnitium* eversum esse eorum Interpretationem, qui ad infinitorum donorum communicationem accommodarunt Propheticum textum, & plus

plus tribuere Lombardo, quam Formula Concordiae pag 754. que  
ctiam cum dictis interpretibus facit; Sed aliquantum saltem  
ampliare vult eam & ostendere, ad omnium Divinorum donorum,  
sive finita illa sint sive infinita, Communicationem, à Propheta in-  
tendi digitum, tūm quia Humana Natura etiam formaliter, sub-  
iectivè & inhæsivè vacua illis donis, quæ Elias enumerat, dici  
non possit, tūm, quod inhærentium habituum vestigia etiam in  
textu appareant. Et cùm hac ampliatione ac dilatatione, minimè  
verò exclusione, intelligenda etiam cætera sunt testimonia, quæ p.  
125. b. allegat ex Psal. XLV. 8. Esa LXI. 1, 1. Job. III. 24. Tot ver-  
bis hoc testatur ibidem, dum addit, dicta hec ad dona ista in  
Christo eorumq; perfectionem rectè accommodari, sed tamen ad  
summam illam celsitudinem in ipsis dictis propositam ita non pene-  
trari.

§. 4. (2.) à Minori ad majus etiam hoc probatur. Si enim  
Divinitas in sanctis, argumentatur Chemnitius p. 124. a. per grati-  
am inhabitans tanquam lumen verum, virtutum sacrarum radices  
spargit & diffundit in sanctos, & tanquam vivus fons bonorum su-  
orum rivos influit & effundit in credentes, multiò plenius & perfectio-  
nus illa in Carne fieri statuendum est, in quā inhabitat tota plenitudo  
Divinitatis corporaliter. Sicut & (3.) ex Consensu Patrum p. 128. ci-  
tatorum, id probatur.

§. 5. Non autem sine omni causa & absoluta quadam ra-  
tione Humana Natura in Christo his infinitis donis exornata  
fuit à λόγῳ, sed ut eam tanquam Organum sibi conveniens,  
ad operationes per eam efficiendas adaptaret, p. 127. seqq.

*IIX. Infinitum & Increatum sunt ipsa Idio-  
matas seu attributa Divina Naturæ in Christo, quæ  
assumptæ naturæ ratione Unionis communicata sunt  
c. XIX. p. 124. b. c. XXI. p. 130. 133.*

§. 1. Scholastici Doctores omnia assumptæ humanæ naturæ in  
Christo ex Unione Personalis data, ad sola creata dona & habitus  
re. ut non nisi mediantibus illis, per assumptionem huma-

nam Naturam Filius DEI operati dicatur, quæ operatur pag. 133.  
¶ 134, sed infusa illa, creata, finita, spiritualia cœlestia & Divina dona nullo modo assequntur aut exprimunt excellentiam, præminentiam & majestatem omnium eorum, quæ scriptura tradit, & ex scriptura Vetus Ecclesia probat, Christo secundum humanam naturam in tempore ex hypostatica cum Divinitate Unione, data seu donata esse pag. 130.

§. 2. Nam scriptura expressè tradit & attestatur, Christo secundum Carnem seu Carni Christi assumtæc, ommunicata etiam esse ipsissima attributa & idiomata Divina. Nominat enim primò in genere Gloriam & Majestatem infinitam Joban. XVII. 5. vid. Gerhard. in Exeg. de Natur & attrib. divinis §. 304. pag. 909. imprimis c. CLXXX. Harmon. Cone. part. 3. pag. 1421. seqq. De inde in specie Idiomata & attributa designat (1.) omnem potestatem in Cœlo & in terra Matth. XXIX. 18. quæ excepto solo DEO omnia sibi subjecta habeat Christus secundum Carnem Eph. I. 20. 21. 22. Ebr. II. 9. Ut & omnibus potenter dominetur I. Cor. XV. 24. 27. Vid. Gerhard. Exeg. §. 214 p. 1385. (2.) vim vivificandi Job. V. 26 cap. VI 55. Vid. Gerhard. Exeg. § 216. pag. 1389. (3.) potestatem judicium faciendi Job V. 26. Vid. Gerhard. Exeg. §. 217 pag. 1391. (4.) mandationem à peccatis Esa. XLIII. 25. i. Job. I 7. Ebr IX. 3. 14. Rom. V. 9. Vid. Gerhard. §. 234. p. 1420. Hæc Chemnitius pag. 130. 131.

§. 3. Vetus Ecclesia etiam non aliter ex scriptura & sensit & sentire potuit; Athanasius, Origenes, Cyrillus, Leo, Basilius, Theophylactus pag. 130. 131. 132. Ut verè concludat Chemnitius. pag. 132. b. ex allegatis testimoniiis theorema nostrum ita manifestum esse, ut non negare ea possit, nisi in quo DEus hujus seculi excæcaverit mentem.

§. 4. Ut verò quæ de Idiomatibus hisce Communicatis ita dicuntur, rectè intelligi possint, notetur, Idiomata hæc non considerari hic absolute, prout toti Trinitati SS. communia sunt, sed relatè prout in secunda Persona Trinitatis Filio Dei sunt, & ita ad eam limitantur ac determinantur, v. g. Omnipotenciam, Omniscientiam &c. Filii DEI. Ut ut enim una eademque nume-

numero sint idiomata, quæ Pater habet & quæ Filio ab æterno per Generationem communicata sunt, tamen semper hic cum Charactere persone sumi debent Chemnitius cap. XXIII. pag 159. b.

*IX. Modus Communicationis Idiomatum assumtæ Carni in Christo factæ, et si in se ineffabilis & imperscrutabilis est, nihilominus pio studio, quantum quidem de eo ex scriptura constat, cognoscendum est.*

§. 1. Utii ipsius Unionis hypostaticæ modus longè excedit mentis nostræ aleam, ita non minus internus & specialis Communicationis hujus inde fluentis modus nobis absconditus est. Apostolus id disertè appellat ὄμολογυμένως extra omnem controvèrsiam aut omnium piorum Confessione magnum mysterium 1. Tim. III. 16. ac dicit, Exaltationem Humanæ naturæ esse supra omne nomen Ephes 1. 21. Ut verè dixerit Cyrilus lib. IV. in Joh c 24. Quando vivificam Christus Carnem suam appellat, non ita illi, ut sibi sive proprio spiritui, vim vivificandi attribuit. Nam propter seipsum Spiritus vivificat, ad cuius virtutem Caro per conjunctionem concordat. Quomodo autem id fiat, nec mente intelligere nec lingvâ dicere possumus, sed silentio ac firmâ fide suscipimus. Chemnitius cap. XXIII. pag. 148. a & b.

§ 2. Nihilominus tamen gratâ ac devotâ mente etiam acceptari debet, id quod in scriptura nobis de modo hoc revelatum est. Restora. inquit Chemnit. c, XXI, pag. 133. a. Et in scriptura & in Veteris Ecclesiæ confessionibus plana, nisi quod humana ratio ea, quæ non capit, non admittat. Et pag. 134. a. Ad legem & ad testimonium, ac postea ad Veteris Orthodoxæ Ecclesiæ Confessiones Doctrinam de summo hoc gradu novitvias ex Philosophico Scholasticorum luto revocemus c XXI. pag. 135. dicit, hanc esse analogiam fidei, ad quam jussu Apostoli Rom. XII 6. omnis doctrina in Ecclesiâ referri & exigi debeat, ut scilicet fundamentis seu pri-

mariis fidei capitibus, quæ expressa, evidētia, certa & firma in scriptura testimonia habeat, omnis doctrina consentanea sit, neccum pri matriis illis fundamentis pugnet.

X. Ut expeditius duce scriptura, aliquid de modo hujus Communicationis dici & cognosciposse, opere pretium est, præcognoscere aliquot distinctiones, quarum vestigia, ipsa scriptura monstrat.

§. 1. Chemnitius passim potiores inculcat, ex quo etiam sine magno labore istas colligimus. Qui autem plura de illis & plures etiam desiderat, inveniet illas explicatas & vindicatas apud Mentzer. contra Sadeel. de Communic. Idiom. p. 171. ad 247.

§. 2. Ac quidem primo distinguitur inter id quod *humanæ naturæ ἡρώως & ναθ' εανήν* competit, & quod ei competit *διύλεγως οὐκὶ καὶ ἄλλο*. Hanc distinctionem Chemnitius c. XIV. p. 89. 6. & cap. XXII. p. 136. a. insinuat. Sunt quidam, etiam inter *puros Theologos*, quos adeò offēdit hæc distinctio, ut nolint admittere ejus usum *in tertio Genere* Communicationis Idiomatum, partim ideo quia in una natura non sit *ἄλλο καὶ ἄλλο*: partim quia confundantur Genera primum & tertium. Ostenderunt autem *alii τὸ ἄλλο* in hac distinctione non significare *aliam Naturam* sicut in primo genere accipitur, sed tantum *unius naturæ aliari conditionem & respectum*, ac notari unam eandemq; Naturam Humanam *quatenus illa in λόγῳ subsistentiam Divinam habet*, & in eo diversa est ab illo respectu, quo ex proprietatibus suis naturalibus consideratur. Et si hoc observatur, nulla hinc confusio Generum metuenda est. Ut enim Chemnitius in priore loco allegato observavit & benè monuit, *in primo τὸ ἄλλο significat Naturam*, cuius proprietas naturalis est prædicatum seu id quod enunciatur: *In tertio verò Genere significari τὸ ἄλλο aliū respectum*, secundum quem de Natura Humana, quæ alioquin etiam in se & ex proprietatibus suis naturalibus spectari potest, prædicatur *άνθρωπα Divinum*, vel ut loquitur Chemnitius, causam determinat, propter quam de Humana Natura hoc e-

nun-

nunciatur. Et hæc distinctio non ficta est aut nova, sed ex Damasco ac Cyrillo desumta, ac nihil aliud dicit, quæm Humanam Naturam in Christo non per se & ex proprietate naturæ suæ, sed aliunde & ex alia causa esse Omnipotentem, Omnis-  
ciam, Vivificam, videlicet ob Unionem Personalem, ideoque secundariò id est positâ illâ tantum causâ, ut si extra vel citra illam, Natura Humana in se consideretur, non sit Omnipotens, Omnis-  
ciam, Vivifica: E diverso Divinæ Naturæ tribui hæc per se  
& ex proprietate naturali & primò, hoc est, ob nullam aliam in-  
termediam Causam, quæm quia illius Naturæ propria sunt, & ad illius Naturæ constitutionē necessariò requirantur, sicut Mar-  
bachius Disp. de Pers. Christi Th. 50. id ostendit, & fusè contra S. A.  
deelem disputat Menzer. contra Sadeel p. 175. seqq. Dn. Affelmannus  
in Disp. de Commun. Idiomat. Th. 70. notat, differre i. ἀλλοντικάλλο  
2. καὶ ἀλλοντικάλλο. 3. καὶ αὐτὸντικάλλο. Primum perti-  
nere ad Unionem Personalem, Secundum ad primi generis; Terti-  
um ad tertii Generis Communicationem.

§. 3. Deinde diligentí studio etiam τὸ εἶναι & τὸ ἔχειν di-  
scerni debet, uti C. XXIII. p. 151. 6. Chemnitius tradit. Ut enim  
toto cœlo differunt, esse ipsam plenitudinem Divinitatis, & possi-  
dere inhabitantem Divinitatis plenitudinem: sicut etiam diffe-  
runt τὸ εἶναι, & δύοια esse Omnipotentem, & habere vel possidere  
Omnipotentiam DEI, seu ob inhabitantem plenitudinem pos-  
sidere Divina ἀυχήματα. Divina Natura τὸ λόγος, inquit Chem-  
nitius, τὸ εἶναι est Vivifica, Omnipotens, Omnis-  
ciam &c. imo est vi-  
ta ipsa & Omnipotentia: Humana vero natura nequaquam essentia-  
liter seu per essentiam in se ipsa & per se ipsam, τὸ εἶναι est vi-  
vifica aut Omnipotens, sed τὸ ἔχειν, qui a personaliter Unitate  
sibi habet Divinam Majestatem ac potentiam τὸ λόγος Vid.  
Menzer. contr. Sadeel p. 185. seqq.

§. 4. Tertio, quando de Humana Natura dicitur, quod τὸ  
ἔχειν illa sit Vivifica, Omnipotens &c. probè observandum est  
τὸ ἔχειν hoc loco non significare τὸ φυσικὸν habitum quendam  
naturalē, & quo quis habere aliquid dicitur intrinsecè, subjecti-  
vè & formaliter, sed ad Unionem hypostaticam respicit & dispen-  
sat.

sationem ejus; ubi Humana Natura habet attributa Divina  
 Τῆς ἐνώσεως ἵκινονομία dispensatione Unionis. Nimurum non uno modo de Natura Humana prædicantur *Creata* & *In infinita αὐχένα*. Ista enim insunt in Humanitate formaliter & subjectivè ita ut etiam eam informent: *Hæc verò Humana Natura non habet formaliter*, hoc est in se & suâ naturâ formaliter inhærentia, sed dispensative & propter Unionem Personalem, sicut Chemnitus C. XX. p. 124. a. c. XXI. p. 129. a. c. XXII. p. 136. b. c. XXIII. p. 150. b. id explicat, ut neminem offendere debeat, si legerit, *Chemnitium* alibi sœpe phrasin hanc usurpare: *Humana Natura Christi habet in se αὐχένα* Divina. Non enim inhærentiam intelligit, ac si subjectivè in se ista haberet, sed dispensationem tantum, & quod communicative habeat ista, prout est habitaculum totius plenitudinis τὸ λόγος.

§. 5. Quartò notari debet, nomine *Communicatorum* pro, priè venire ea quæ in momento seu ipso Unionis actu communica ta fuerunt. Hinc quæ ab aliis *Orthodoxis Theologis* Communicatio ωρὸς τὴν χρῆσιν dicitur ad differentiam alterius, quæ ωρὸς τὴν πτῆσιν est, rectius Exaltatio seu Glorificatio dicitur, quam Communicatio. *Donorum* quidem (finitorum) acceptio seu augmentum fieri potuit, inquit Chemnitus c. XXI. p. 133. in Glorificatione: *Divina verò Natura λόγος cum tota sua plenitudine se univit & communicavit assumtæ naturæ ab ipso initio hypostaticæ Unionis*. Neg, enim in glorificatione vel major, vel arctior, vel perfectior facta est naturarum Vnio, sed quia tempore Exinanitionis, non semper gloriæ Vnigeniti totâ plenitudine se exeruit per assumptam Carnem, ideo deposita Exinanitione, dicitur Christus secundum Humanam Naturam exaltatus, & in gloriam suam ingressus. c. XXII. p. 145 explicat dicta Veterum quorundam, in quibus dationem in tempore de glorificatione acceperunt.

§. 6. Tò ab æterno habere & in tempore accipere, etiam Sextò probè ab invicem secerni debent in Persona Christi. Quod enim Persona hæc ut Deus ab æterno habuit, id in tempore ut homo accepit. Hoc pluribus ex Athanasio & aliis Patribus declarat & ostendit Chemnitus c. XXI. p. 130. 6. seqq.

§. 7. Septimò circa *Attributa Divina* etiam aliquid prænotare expedit. Ipsa *Attributa Divina* (1.) considerari debent vel *absolutè* & ab *intra*: vel *relatè* & *ad extra*. Priori modo, uti ipissima D E I essentia sunt, & unum ac idem cum illa: ita etiam ab essentia non sunt distincta. Posteriori verò modo inter essentiā & attributa aliquod discriminē est. Nimirum, individua illa Divinitatis Essentia, in Creaturis non eadem in omnibus, sed in aliis alia efficit; quædam Justitiâ suâ, quædam bonitate, quædam potentiatâ suâ &c. Ideò sit ut in earelatione & consideratione, etiā aliqua *quasi distinctio* admittatur inter essentiam & attributa; quæ commodiùs propterea *attributa* appellantur, quam *Idiomata*. (2.) In hac relatione aut consideratione, *Attributa Divina* aliquam distinctionem etiam inter se, admittunt.

Quædam enim sunt, quibus *Divina Essentia* quasi *extra se*, evagynet, quadam ad *Creaturas* egreditur, vel quibus ex operatione quadam & ab effectibus in *Creaturis*, cognoscendā se præbet; atque inde actu secundo intelligi, describi & distingui possunt, ut *Justitia*, *Bonitas*, *Potentia*, *Sapientia*, *Vita* &c. Quædam verò intra ipsam essentiam quasi manent, nec peculiaribus evagynet, actionibus, operationibus ac effectibus in *Creaturis* ab extra se cognoscenda præbent, ut æternitas, infinitas, immensitas &c. Priora dicuntur à nonnullis Orthodoxis *Communicabilia*: Postiora verò *Incommunicabilia*. Quod tamen non ita *absolutè* ac simpliciter accipi debet, ac si negarent illi omnia attributa communicata esse Carni Christi, sed tantum secundum quid hoc intelligi volunt, de modo communicationis, quod scil. *Communicabilia* sint, quæ *Communicantur* (1.) quoad usurpationē & operationē, & (2.) quoad immediatam denominationē: *Incommunicabilia* verò quæ tantum quoad possessionem & inhabitacionem. *Æternitas* enim, *Infinitas* & *Immensitas* Deitatis λόγος, quia ad totam plenitudinem Deitatis pertinent, personaliter inhabitant assumptam Christi naturam, sed non peculiares pro se evagynet in assumta natura & per eam proferunt & exerunt. *Reliqua* verò Deitatis λόγος *attributa*, ita personaliter habitant in assumpta natura, ut evagynet suas in illa & per illam exerant, quibus in-

C divi-

Dividuo nexu cohærent priora attributa. Hinc Caro Christi non quidem dicitur aeterna, immensa, sed tamen dicitur habere Omnipotentiam aeternam, Omniscentiam aeternam. Latè hæc explicat Chemnit. c. XXIII. p. 160. b. 161. a. & b. Conferantur quæ in Loco de DEO c. II. Theor. 5. p. 64 seqq. à nobis sunt exposita & insuper addantur, quæ Dni. D. Jacob Martini in Disp. III. pag. 37. seqq. contra Becani Theologiam Scholasticam disputat.

XI. Circa ipsius autem modi determinacionem, & negativè & positivè consideratio debet institui, ut dicatur & quid non sit, & qualis sit.

§ 1. Nimirum in mysteriis fidei nostræ rectius definire possumus, quid non sint, & quomodo ista se se non habeant, quām ut exactius dicamus quid sint, & quomodo cum illis sit comparatum, quæ à scholasticis Vianegationis appellari solet.

§ 2. Optimè monet Chemnitius cap. XXIII. pag. 149. a. Cum certum sit, factam esse talém donationem seu Communicationem assumtæ Naturæ Humanæ, si non possimus exponere aut intelligere, qualis sit hec Communicatio, aut quomodo fiat, sufficeret nobis dicere, non esse Physicam aut essentialē, qua extra Divinam naturam attributa Deitatis propria effusa humana Naturæ Christi in se aut secundum se, essentialiter seu per essentialē formaliter, habitualiter aut subjectivè inhærent.

XII. Communicatio hæc non est restitutio aut redditio Idiomatum, sed nova datio & collatio. c. XXII. p. 135. b. & p. 144. a.

§ 1. Per redditionem & restitutionem, Communicationis hujus modum describunt illi, qui argumento, à Datione in tempore facta, se tangi sentiunt, unde ipsam Dationem evertere malunt, quām concedere, Christo secundūm Carnem Idiomata divina fuisse data seu communicata. Ita enim rem hanc explicant, ut dicant Christo secundūm Divinam Naturam non quidem collata fuisse primum in tempore Idiomata ista, sed tamen

te-



restituta ei fuisse in *Exaltatione*, quæ in *Exinanitione* amisisse &  
quasi non habuisse vius fuerat.

§. 2. Sed refutantur hi 1. ex ipsa scriptura, quæ (1.) in ipsa *Exinanitione* Christum etiam secundum Carnem omnia habuisse testatur, Joh. V. 17. XIII. 3. XVI. 15. & (2.) expressè determinat naturam in Christo, secundum quam ei ista data esse dicantur Joh. V. 27. Ephes. I. 10. IV. 10. Ebr. II. 9. 2. ex ipsa *Exinanitionis naturâ* & definitione. *Exinanitio* enim, quæ verba Chemnitii sunt notantissima pag. 144. a. non fuit *absentia*. *privatio*, *carentia*, *amissio* *despoliatio*, *depositio* aut *exutio* attributorum *Divinitatis* in *natura* *Divina* λόγος, quasi illa tunc vel non habuerit, vel in se illa non usurparit, ut *Divinitati* ejus denda vel restituenda fuerint, sed dicitur se exinanisse (CHRISTUS) quia Majestatem suam *Divinam* per *assumptam Carnem* tempore *humiliationis* non semper exeruerit, 3. ex Consensu Ecclesie Orthodoxæ perpetuo, quæ non nisi per *Dationem* exponit hunc *Communicationis* modum & ad *Islam* *naturam humanam*, ceu subjectum cui in tempore ista facta sit, *restringunt*.

§. 3. Neque obstat, quod Veteres, ex *Majestate Carni Communica* tâ, *Divinitatem Christi contra Arrianos* probaverint, & dationē hanc in tempore factā per declarationē & manifestationem Majestatis ac potentiæ divinæ explicaverint. Ut enim quoad prius non ad *Dationem* ipsam ejusque modum, sed ad *nudam veræ Deitatis existentiâ* in *Persona Christi*, respexerūt; ita quoad postrius non absolutè ita locuti sunt, sed semper ad carnem ipsam, etiam declarationem istam restrinxerunt, in qua, cum qua & per quam Christus ipsam Majestatem exeruerit. pag. 144. b. 145. a. & b. Videantur quæ supra ex c. II. Membro I. Theor. b. § 3 pag. 129. 130. in hanc rem dicta sunt.

### XIII. Hec datio non est Verbalis tantum c. XXII. p. 143.

§. i. Non *Athanasi* tempore tantum *Communicationem* hanc nonnulli ita interpretati sunt, ut, si v. g. *Caro Christi* dicitur vivifica, saltem id fiat modo quodam loquendi, μόνον τὸ κοι-

vōν ὀνοματεὶ χων, uti apud Athanas. *Dial. V.* Phanatici loquuntur, sed etiam hodie non aliter multi explicant eam. Ita enim disputant. Soli Divinæ naturæ competunt Divina Idiomata. Si autem quandoque sit, ut scriptura Communicationem eorum Carni & sanguini Christi tribuat, id non ideo facit, quod verè ac realiter acceperit Cato & sanguis ea, sed tantum, quod caro & sanguis unita sint Divinitati & in ea subsistant, sicut pes hominis dicitur intelligens, auris videns, oculus audiens, eò quod pars sit naturæ intelligentis &c.

§. 2. Sed hoc figmentum refutatur omnibus illis dictis, quæ in attributione Divinorum Idiomatum (1.) non Personam tantum in genere, sed Christum secundum humanam Naturam assumtam, & quidem Carnem ac sanguinem ejus disertè nominant, & (2.) de Datione in tempore facta loquuntur, uti præced. Theor. *V.* §. 2. allegata ista fuerunt. Tota antiquitas, inquit Chemnitius pag. 144. acerrimè digladiatur, contra Arrianos, Eunomianos & alios, qui sententias scripturæ de datis seu donatis Christo in tempore ad divinam ejus naturam detorquebant.

#### XIV. Neque tamen confusio est, quæ Conversationem aut exæquationem naturarum introducat c. XXII.

§. 5. Perpetuò hostes Communicationis veræ ac realis Idiomatum Carni Christi factæ, in ore habent & clamitant, non posse fieri aliter quam ut Confusio, conversio & exæquatio naturarum & essentialium ipsarum proprietatum introducatur, si dicere quis velit, Christo secundum Humanam Naturam seu assumtæ ejus Carni Communicata esse divina Idiomata.

§. 2. Respondet autem Chemnitius, esse prætextum, enijs beneficio hostes veritatis divinitus revelatæ, ea quæ scriptura Christo respectu humanæ naturæ vel secundum humanam Naturam tribuit, vel negando ei detrahere, vel finistra interpretatione aliò detorquere velint. Esse enim (1.) contra scripturam, quæ aperte doceat, Christo datam vitam vivificantem & potestatem faciendi judicium, quatenus Filius hominis est, & nullius tamen

con-

confusionis exinde postulari debet. (2.) Subelle Fallaciam a  
Dicto secundum quid ad dictum simpliciter, & non sequi: Attributa  
Divinæ naturæ propria, verè & realiter Communicantur  
Carni Christi: Ergo Confunduntur cum humana natura ac  
exæquantur ipsius proprietatibus. Vel Attributa Divinæ Na-  
turæ non communicantur Carni assumtæ per confusionem con-  
versionem aut exæquationem sive naturarum sive Idiomatum  
essentialium: Ergò nullo modo ei communicantur.

§.3. Ut verò omni cavillationi adversæ partis ritè satisfiat,  
nunquam ex mente recedere debet, in mysterio hoc, unius na-  
turæ in Christo propria, uti alterius naturæ propria, nunquam  
fiunt, ita & à nemine Nostratium unquam id fuisse assertum.  
Id quod non semel tantum Chemnitius in libello suo de duabus  
Naturis in Christo inculcavit. Vid supra cap. I.Theor. V. § 3. p. 119.  
Semper enim distinguendum hic est, inter veram ac realem Com-  
municationem Idiomatum & inter Physicam ac essentialem.  
Priorem Scripturæ ductu credimus, docemus ac confitemur:  
Posteriorem verò totis viribus negamus, refutamus ac detesta-  
mur, tanquam eam, quæ cum differentia naturarum & essentialium  
Idiomatum sanctè credendâ & docendâ, pugnet. In Schola  
Philosophica pueri Philosophorum norunt Communicationem  
propriorum, quâ id, quod unicilicet proprium est, alteri etiam  
communicatur, non esse uniusmodi. *Alia* enim est νοιωνία  
καὶ σύγχυσις, quando rebus diabús confusis, illud quod al-  
terius rei proprium erat, pro subjecto accipit rem illam, quæ è  
confusis diabús vel pluribus illis composita est: *Alia* est νοιω-  
νία καὶ συνδιάσις, quâ id, quod communicatur, non multipli-  
catur ad diversa subjecta, sed id quod unius subjecti proprium  
est, communicatur cum altero καὶ συνδιάσις id est quatenus  
copulatur cum altero; (uti Aristoteles l.2.de part. animal. c. 2. ap-  
pellat & definit) Et quidem non τὸ οὐρανόν duntaxat, sicut in  
illis fit, ubi Totum συνδιάσμενον est unum τὸ πάθη aut τὴν συ-  
εχίαν Vnum per accidens; sed δύως & reverā, ut in illis, ubi to-  
tum συνδιάσμενον est vel συνώδες Vnum, v.g. inter materiam &  
formam, animam & corpus; vel υποστήματον Vnum. Et hæc o-

nia Thrologi h̄ic in mente suā habent. Nimirum non ita Com-  
municata sunt Humanæ Naturæ in Christo, aut Communicata  
dicuntur à nobis, *divina attributa*, ut Humana Natura essentialiter  
secundūm seu per Essentiam ēv εαυτῆν οὐκ εαυτῆν in se & sa-  
cundūm se illa habeat *formaliter, subiectivè aut habitualiter* in-  
harentia, aut quòd Divina natura in Christo in Vnione ac per  
Vnionem sua operatione effecerit ac effuderit extra se in as-  
sumtām naturam Idiomata seu attributa similia, *paria οὐκ aqua-*  
*lia* essentialibus attributis Divinæ Naturæ, quæ à Divinitate se-  
parata & distincta humanitati formaliter & secundūm se ita in-  
hærent, sicut *calor ab igne transfusus* inhæret *aqua calefactæ*: sed  
ut una est Divinitas in Christo, ita & Vna Omnipotentia, una  
vita vivificans, quæ solius Divinæ naturæ propria & essentialis  
est ac manet.

§. 4. Et hanc *Exæquationē ac Confusionem in Certamine Nesto-*  
*riano ac Eutychiano olim Patres, Justinus, Origenes, Theophilus, A-*  
*thanasius, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Cyrillus à Chemnitio*  
*p. 138. scqq. citati*, refutarunt magno Zelo ac fervore, quos felici-  
ter imitati semper sunt Lutherus ac genuini ejus discipuli in Cer-  
tamine simili à Schypenckfeldio moto, uti ex *Articulis Schmalcal-*  
*dicis*, ad quos *Chemnitius* provocat p. 139. b & ex *Artic. II X. For.*  
*Concordiae* est manifestum, ubi sonora voce cōfitetur & protesta-  
tur Ecclesia nostra, *bis vocabulis* (REALITER communicari, REA-  
LIS communicatio) *nunquam ullam physicam Communicationem*  
*vel essentialēm transfusionem doceri*, *sed vocabula illa οὐκ phrases*  
*verbali communicationi opponi* &c.

§. 5. *Chemnitius* p. 141. refutat exæquationem hanc (1.) ex  
ipsa *Unionis natura*. Semper enim repetenda est illa maxima  
in hoc mysterio: *Qualis est Vnio, talis etiam est Communicatio*  
*Idiomatum*. Jam Vnio, etiamsi sit realis & vera, tamen non est  
*Essentialis & Physica*: Ergo nec *Communicatio* talis erit. Hoc  
argumentum *Chemnitius* urget *præprimis C. XXIII. pag 251. a.*  
(2.) *ex omnibus illis dictis*, in quibus Pater dicitur Deus Christi:  
in quibus Christus etiam in gloria, minor, seu inferior  
Patre dicitur; id quod (3.) *ex Augustino & aliis Patribus* ibi cita-  
tis

tis propterea factum esse dicit, ne quis putaret, Humanam Naturam conversam esse in Divinitatem. Unde noster Liber Concordiae Art. allegato planè excludit illam phrasin: *Christus secundum Carnem est aequalis Deo Patri.* Et cum Theologi Tübingenses in Ecclesiam introducere istam & non sicut quidem, sed tamen exceptio, Christum secundum Carnem Deo Patri aequalem dicere vellet, optimè moniti de eo ac solidissimis fundamentis repressi fuerunt a Theologis Saxoniciis Superioribus in *Apologia* sect. III. c. 8. p. 610. seqq. Vid. Gerhard. in *Exeg. §. 269. p. 1455.* Schroder. contra *Gratianum de Eutychismo* p. 362. seqq. in *Sceptr. Regali l. III. c. 4. p. 442. seqq.*

**XV.** Multò minus abolitio est, quæ Idiomata humanae naturæ expellat ac destruat, c. XXII. p. 142. a.

§. 1. Hujusmodi Abolitionem aliquos finxisse refert *Sexta Synodus Generalis*, & etiam damnat eo nomine Nestorium, Theodosium, Severum, Petrum quendam, bareitos p. 142. a. & b.

§. 2. Orthodoxorum sententia semper fuit, & etiam in Ecclesia, quæ *Librum Concordiae pro Symbolico* agnoscit, sanctè tenetur, manere Humanam Naturam in Christo & retinere suas proprietates Essentiales, ac Christum, quando vult, juxta illas agere; sed tamen præter & supra manentes essentiales illas Humanitatis proprietates, *Divinam potentiam* Humanitati esse communicatam, quæ cum assumta Humana Natura & per eam, quæcunq; & quandocunque vult, operetur.

§. 3. Id quod *Damascenus lib. III. c. 17.* bene explicavit, dum inquit: *Caro Domini locupletata est Divinis eversicis Operationibus seu efficacitatibus propter hypostaticam Unionem non passa est in excessu excedentiam idiomatum naturalium, nec est paucum cessit a propria sua natura nec a proprietatibus suis naturalibus.*

**XVI.** Sed est realis *Communicatio*, quæ *Unioni Personalis* respondet, quâ Humana Natura assumta in Christo in *Unione*, per *unionem*, & ratione *Unionis Personalis*, accepit majestatem *Divinam* & infinitam.

finitam, ut in illa, cum illa, & per illa ὁ λόγος opere-  
tur & agat. c. XXIII, p. 149. a. 150. b.

§. 1. Ipsa Vox seu terminus (Realis, Realiter) neminem offendere potest, sed repeti debent, quæ Membr. IV. Theor. III. p. 218. seqq. fuerunt exposita. Ut paucis omnia complectamus. Non ideo à Theologis particulae verè, realiter, reverà &c. ad Communicationem hanc accommodantur, ut Communicationis istius modus interior ac specialis definiatur, sed partim ut Tropo Lombardico, quō per φανέρωσιν seu patefactionem eā explicat, occurrit; partim, ut omnis fucus ac commentum de nudis vocibus, explodatur. Nulla autem vel confusio, vel abolitio sub hoc termino occultatur, uti ex seq̄ erit porrò manifestū. Latè hoc ostendit Chemn. c. XXIII. p. 162 b. & 163 a. Liber Concordiae art. IIIX. p. 750. Vid. Gerhard. Exeg. §. 267, 268. p. 1452. seqq. Schroder. in Sceptr. Regali l. III. c. 1. p. 354. 355.

§. 2. Ut rute recte hoc intelligatur, sciendum est, Dationem seu collationem Majestatis & infinitorum donorum spectari vel ratione originis suæ, vel ratione termini sui. Ratione originis, collatio ista fit ab omnibus tribus personis Deitatis & tribuitur Patri, Dan. VII. 13. 14. Matth. XI. 26. Job. III. 35. c. V. 27. Phil. II. 9. Eph. I. 29. Filio Joh. X. 18. Ps. LXIX. 9. Eph. I. 20. IV. 8. Spiritui S. Esa. XI. 4 c. LXI, 1. Ratione termini autem soli Filio competit collatio & datio hæc, unde & Communicatio propriè & strictè sic dicta, ista dicitur. Nam Pater & Spiritus S. dant & conferunt hæc dona, non intra suam hypostasin, sed intra hypostasin Filij, ac mediante Filii cum assumta natura Vnione: Filius autem intra suam hypostasin ista confert, & uti solus est terminus Incarnationis ac assumpsit in Hypostasin suam Carnem, & sibi propriam fecit: ita etiā solus terminus dationis est & facit, ut propria Divina, quæ ipse, quæ D E O, naturaliter competunt, sint ipsi quæ homini propter Vnionem Personalem communia, ac eandem Carnem unxit Spiritus S. sui plenitudine ob Vnionem Personalem. Vnde Communicare λόγος tributū idem est, quod facere, ut id quod ei secundum divinam Naturam proprium est, fiat commune Natura à se in Persona Unitatem assumta; Et vocabula, Collatio Datio

Datio, Communicatio semper presupponunt ὑπογένεως Communicatio-  
nem. Vid. Gerhard. in Exeget. §. 203. p. 1360. seqq. Mentzer. contra Sadeel.  
p. 336. & in Anti-Martino p. 441.

XVII. Hanc Communicationem assumtæ Humanæ  
Naturæ factam, clare & perspicuè probat ac ostendit Scri-  
ptura Sacra, tūm in genere tūm in specie. Chemnitius c.  
XXXIV. p. 16. b3. seqq.

XIX. In genere Scriptura variis modis istud præstat.

§. I. Primum locum merito obtinet illustris ille textus omni exce-  
ptione major Col. II. 9. qui non tantum Unionem Personalem exprimit,  
sed etiam clare ac perspicuè ostendit, conjunctam cum illa esse Commu-  
nicationem Majestatis, humanæ Naturæ factam. Sic enim inde argu-  
mentari possumus:

Cui tota plenitudo Divinitatis realiter communicata est, ei etiam  
Majestas Divina realiter communicatur.

Sed Assumptæ humanæ Naturæ realiter tota plenitudo Divinitatis est  
communicata:

Ergo Assumptæ Humanæ Naturæ etiam realiter communicatur Ma-  
jestas.

Majorem probat Chemn. p. 164. a. quia Tota plenitudo Divinitatis  
significat & ipsam Deitatem τὸν λόγον totam, plenam ac perfectam, & quic-  
quid in ea est, vel quicquid illa intra se habet & ad eam pertinet; sicut  
plenitudinem terræ & maris scriptura etiam nominat; atque ita & to-  
ram plenam essentiam Deitatis Filii & cum ea omnibus etiā attributa ejus  
intelligit Paulus, quando nominat omnē plenitudinem Deitatis. Minor  
est in textu, ubi dicitur, in Christo habitare omnem plenitudinem Divini-  
tatis σωματικῶς. Vocabulum σωματικῶς limitativum est, ac determinat  
Subjectum inhabitacionis, quod sit Christus in corpore seu assumta humana  
natura, sicut Athanasius Orat. IV. contra Arrianos, Damascenus lib. VI.  
c. 3. Augustin. Ep. LVII. Theodoretus, Paulus Emissenus vocem hanc expo-  
nunt. Ne verò quis existimet, omnem plenitudinem DEI, hoc est Di-  
vinitatem Dei cum majestate sua, sine qua ne cogitari quidē potest, habi-  
tare quidē in Christo, sed per nudam presentiā & operationem, sicut in san-  
ctis suis habitat Deus, addit Apostolus in contextu, nos in Christo secun-

dum Carnem, per & propter plenitudinem hanc in ea inhabitantem, esse πετληρωμένος, & ipsum esse caput nostrum. Unde pro vera ac reali Communicatione invicem ita colligimus:

Ex qua & per quam Inhabitationem (1.) credentes suam habent plenitudinem, (2.) Christus secundum Carnem Caput Ecclesiae est ac (3.) omnem principatum suum habet, illa non est nuda ac simplex sed Communicationem veram ac realem importat.

Ex hac inhabitatione & per eam (1.) credentes suam habent plenitudinem, ac Christus (2.) inde secundum Carnem caput Ecclesiae est & (3.) omnem principatum habet. Ergo hac inhabitatione non est nuda & simplex, sed veram & realem Communicationem simul importat.

Vid. Chemn. c. XXIV. p. 164. seqq. Gerhard in Exeg. §. 149. seq. p. 1184. seqq. Mentzer T. VII Cis Disp. XI. tota pag. 147. seqq. Schröder. I. III. Sceptici Regalis, c. I. pag. 356. seqq. & c. II. pag. 385. Hutter. in Loc. Theol. fol. 165. seqq.

§ 2. Deinde ostendit hoc (2.) in omnis illis diebus, in quibus Dextera Virtutis ac gloria & maiestas, Carnis Christi attribuatur; ubi (1.) non creata aliqua dextera, Maiestas & gloria intelligitur, sed ipsius Patris Matt. XVI. 27. Luc. IX. 26. DEI ACT. VII. 26. eterna Job XVII. 5. Unigeniti a Patre Job. I. 14. μορφὴ Θεοῦ id est naturalis plenitudo Dei Phil. II. b. & distincta est ab Angelorum gloria Matth. XIX. 52. & quidem (2.) prout Christo secundum humanam Naturam ista competit, secundum quam potuit in tempore aliquid accipere & videri Luc. IX. 32. 2. Petr. I. 16. in forma Dei esse Phil. II. 6. accipere nomen supra omne nomen, ibid v. 9.

§ 3. Quando vero ita gloriam suam ἀλόγου dedisse dicitur Humanæ Naturæ, eo non contradicitur illi quod Deus Esa. XLII. 8. de gloria sua alteri non danda, contestatur. Deus enim & Homo in Christo non sunt alter & alter sed Divina & Humana Natura in una Christi incarnationi personam unitæ sunt. Neque tamen Humana Natura propterea æqualis facta est Divina Naturæ, cum modus habendi Majestatem hanc semper variet, & non idem sit, ut ut Objectum Communicatum Unum idemque sit numero. Quæ Majestas enim per naturam & essentialiter competit alio, illam per Unionem Personalem habet Humana Natura. Hæc summa est omnium illorum, quæ prolixè explicat Chemnitz p. 169. 4. & 6.

**G**b.170.a. **G**b.171.a. **G**b.172.a. **G**b.173.a. **G**b.V.B. **H**uhn in **L** de **P**ersona **C**hri-  
**s**ti **T**om.1. **O**pp. **f**ol.216. **C**autelæ loco, hoc addendum est, non confundere  
**C**hemnitium ipsam attributorum **C**ommunicationem cum **E**xaltatione,  
dum **s**essionis ad dexteram **D**ei in argumento hoc aliquoties meminit,  
eamque explicat, sed tantum ad **M**ajestatem ipsam, prout illa possidetur  
ab **H**umana **N**aturâ, digitum intendere suum, quam postea deposita  
**E**xinanitione manifestò, plenariè & gloriòsè per exaltationem exeruit, u-  
ti id ex ipsis verbis ejus manifestum est,

**S**. 4. Majestatem Divinam Carni Christi communicatā esse, (3.)  
probat **S**criptura in omnibus ictis dictis, in quibus Christus unctus dicitur  
**S**piritu S. Es. LXI. 1, 2. **L**uc. IV. 18. **E**s. XI. 1. **P**l. XLV. 8. **J**ob. III. 34. **A**ct. X.  
28. Ex quibus talis admodum exsurgit:

Secundūm quam Naturam Christus unctus est plenitudine spi-  
ritus non ad mensuram, & quidem ideo, ut ex plenitudine ista  
omnes credentes acciperent gratiam abundantissimam & Spi-  
ritum Sanctum, secundūm illam, infinitam Majestatem & Vir-  
tutem accepit.

Christus secundūm carnem suam unctus est plenitudine Spir-  
itus Sancti & quidem ideo, ut ex plenitudine ista omnes cre-  
dentes acciperent gratiam pro gratia & Spiritum Sanctum:

E. Christus secundūm Carnem suam accepit infinitam Ma-  
jestatem & Virtutem. **C**hemn. pag. 173. b. 174. a. **G**erhard. in **E**xeg.  
§. 210. p. 1380, seqq. **S**chroder. l. 1. **S**c̄pt̄ri Regal. c. 7. p. 88 seqq. **H**utter.  
in **L**oc. **T**heol. p. 164 seqq.

**S**. 5. Quarto etiam hoc probat ex Officii Christi ratione ac con-  
ditione. Ostendit enim, **C**HRISTUM (1.) non secundūm **V**nam tan-  
rūm Naturam, sed secundūm **utramq**, istud exequi, & (2.) ad istud po-  
tentiam habere, secundūm **D**ivinam quidem Naturam, ab æterno; se-  
cundūm **H**umanam verò Naturam per **V**nionem **P**ersonalem. unde (3.)  
longè alia ratione per Carnē suam atq; per sanctos, eum operari. **J**ob. III,  
27 seqq. Sancti enim sunt **O**rgana separata ac seorsim subsistentia &  
magna habent quidem dona, sed ad mensuram: **H**umana autem  
**C**HRISTI Natura est organum, proprium ac unicum, inseparabile, & sub-  
sistens in Persona **t**ο **λόγος**, ac inde Communionem personalem majesta-  
tis & potentiae divinae & habet, & etiam usurpat ad suas in officiis illis  
operationes, sicut ignis, perferratum igitur suas operationes exercet

& ferrum ignitum vim ignis per Unionem habet & usurpat, ut eā candeat & urat. Præterea (4.) Christus scripturā duce, caput nostrum est, quod non modò cognatum & consubstantiale membris suis esse oportet, & omnem plenitudinem eorum, quæ ad vitam, sensum ac motum omnium membrorum necessaria sunt, in se habere, sed etiam præsentissimum corpori esse, & in istud vitam, sensum ac motum influere. Et (5.) Sacerdos est, qui tentari, compati, ostendere vultum suum, debuit. Ex hisce omnibus latè à Chemnitio p. 177. 178. a. & b. 179. & a. ex scriptura S. deducatis atque expositis, ita pro Majestate Divina carni Christi communicata argumentum formari potest:

Secundum quam naturam etiam Christus operatur, in regno gratiæ & gloria, & est Rex ac Sacerdos noster, secundum illam habet Majestatem Divinam.

Christus secundum humanam etiam naturam operatur in regno gratiæ & gloria, & est Caput ac Sacerdos noster.

E. Christus secundum Humanam etiam Naturam habet Majestatem Divinam.

§. 6. Hæc Scripturæ Sacrae vestigia sequitur ac fideliter premit Tota Orthodoxa Antiquitas, ad quam Chemnitus provocat, non ac si vel paris autoritatis cum argumentis præcedentibus eam facere, & aut fidem nostram in autoritatem patrum resolvere vellet, sed ut ostentaret publicum testimonium innocentiae nostræ, & in mensa Solis exponeret, nos non nova paradoxa gignere, nec novas, monstrosas, peregrinas, aut scandalosas phrases ac formas loquendi in Ecclesiam invehere, sed veteris ac Orthodoxæ Ecclesiæ sententiam & linguam reverenter ac religiosè imitari, uti in l. de duabus Naturis Dn. Chemnitus sæpiissimè hoc argumentum interpretatur c. XIX. p. 120. b. c. XXII. p. 138. a. c. XXIII. p. 157. & 158. c. XXIV. p. 163. b. c. XXV. p. 211. a. &c.

§. 7. Manifestum autem est, Orthodoxam antiquitatem non aliter sensisse, imò nec aliis verbis usam fuisse in mysterio Communicationis attributorum Divinorum Carni Christi factæ, atque istud in nostris Ecclesiis Liber Concordie explicit & eloquatur. Nimis (1.) quæ sunt & manet Divinæ Naturæ Christi propria (2.) esse in tempore donata & verè communicata (3.) Humanae Naturæ in Christo, non in se & extra Unionem cogitatione abstractæ, sed in ipsa hypostatica Unione considerata (4.) non per effusionem essentialiæ aut physicam & formalem inhærentiam, Conver-



tionem, confusionem aut exæquationem, sed per Oeconomiam Unionis cum Divina Natura λόγος. Quin imò antiquitas orthodoxa non tantum vocabulis *Concretis* in hoc Genere utitur, *Christus, Filius Hominis, Homo*, sed etiam vel particulas *distinctivas* additut. *Christus secundum Humanam Naturam, Homo, quā homo, quatenus homo* &c. vel ipsam *Humanam Naturam* dilectè nominat & exprimit, & *Humanæ Naturæ Christi*, vel *Carni ejus illa data fuisse*, palam eloquitur. Hoc ut antea s̄p̄ius, ita imprimis c. XXV. Chemnitius per omnium seculorum testimonia deducit & tanquam in tabella ostendit. Ex secundo seculo allegat Justinum p. 182. a. & b. Ex tertio seculo Tertullianum p. 183. a. Originem ibid. Hippolytum p. 187. b. Cyprianum p. 188. a. Didymum Alexandrinum, p. 188. b. Ex quarto, Eusebium p. 184. a. Athanasium ib. & 185. a. & b. 186. a & b. Eustathium p. 187. a. Amphibolichium ibid. Hilarium p. 188. a. Gregor. Nyssenum 188. b. 189. a. Basilius p. 189. b. 190. a. Greg. Nazianz p. 190. a. & b. Epiphanius p. 190. b. & 191. a. & b. 192. a. & b. Ambrosium p. 192. b. & 193. a. Hieronymum pag. 193. b. & 194. a. Chrysostomū p. 296. a. & b. 197. a. Cyrilum p. 197. a. & b. 198. a. & b. 199. a. & b. 200. a. & b. Paulum Emissenum p. 201. a. & b. Ex quinto seculo, Eusebium & Nyssenum p. 188. b. Augustin. p. 194. a. & b. 195. a. & b. Theodor. p. 202. a. & b. Leonem Romanum p. 203. b. 204. a. & b. Vigiliū p. 205. Sedulium p. 208. a. Ex sexto seculo, Primasium p. 203. a. & b. Cassiodorum pag. 208. a. Ex septimo seculo, Synodum sextam generalem p. 250. a. & b. Greg. Magn. p. 208. b. Ex octavo seculo Damascen. p. 205. b. 206. a. & b. 207. a. & b. Ex duodecimo seculo Bernhard. p. 208. b. Ex decimo quarto seculo Nicephorum p. 208. a. Adjicit tandem Lutheri Testimoniap. 207. b. seqq. quibus planum facit, eum de Communicatione Majestatis, ex Scriptura cum Veteri Ecclesia & sensisse & locutum esse. Conferatur Testimoniorum Catalogus Formula Concordiae subnexus & B. Hunnius in integro Tractatu de Consensu Antiquitatis in hoc Commun genere T. I. Opp f. 218. seqq. ut & Theol. Saxonici contra Staffortenses à p. 271. ad 539. & Würtembergenses contra eosdem à p. 349. ad 697. qui ostendunt, Testimonia hæc non mala fide citata, perversa, mutilata & ad falsum statum accommodata à nostratibus fuisse.

§. 8. Atque ita Ecclesia Orthodoxa ex Scriptura credidit, verè ac realiter & non verbaliter tantum Divina attrita fuisse communicata carni Christi in Unione personali. Non verò in τῷ ὅρῳ substituit, sed etiam ulterius progressa modum specialius determinavit per similitudines, quas, ut loquitur Chemnit. c. XXIII. p. 149. a. Deus in ipsa natura posuit, & ut p. 150. ostendit, ad quas Scriptura ipsa nos deducit. Nimicum ita modum hunc

determinavit, ut respondere eum dicat rationi ut modo, quo ferro ignito vis  
urendi & lucendi communicatur, & quo anima suas potentias communicat cor-  
pori, item quo primæval lux suam lucem corpori solari communicavit, sicut to-  
to c. XXIII. p. 147. b. & seqq. ex Scriptura & Orthodoxa veritate id ostendit,  
& supra c. IV, Membr. I Theor. V. seqq. p. 172. seqq. jamjam in compendio no-  
tavimus, ut repetere hic ea opus non sit.

§. 9. Quæ hisce Testimoniis Scripturæ Sacrae Orthodoxæ Antiquita-  
tis Coasensu illustratis, opponere solent Hostes doctrinæ de Communicati-  
one Idiomatum, tanti roboris non sunt, ut piæ mentes in simplicitate sua  
movere aut turbare debeant ac possint.

§. 10. Urgent primò, se non posse id videre aut intelligere, & fieri implicatio-  
nem Contradictionis, esse Oppositum in adjecto, quod ullâ ratione possit  
assumptæ Humanæ Naturæ attributa verè & realiter tribui absq; cōfusionē  
& exæquatione naturarum earumque proprietatum. Sed Resp. Chemn. cap.  
XXIII. p. 130. a. Cum in Unione ignis & ferri, veram & realem Communicati-  
onem proprietatum ignis, absque confusione & exæquatione fieri & videamus &  
sentiamus, quâ conscientiâ pia mens coram Deo dicere auderet, in summa & in-  
effabili illa hypostatica Divine & Humanæ Naturæ Unione in Christo, illud abs-  
que confusione & exæquatione fieri non posse, cum scripturam habeamus auto-  
rem & totam antiquitatem testem, Christo in tempore secundum assumptam  
Naturam data esse talia, quæ non sunt creata dona aut finitæ qualitates, sed ipsi-  
us Divine Naturæ attributa. Videantur, quæ c. XXII. p. 135. seqq. ab eodem  
dicta sunt.

§. 11. Deinde opponunt: Si ex hypostatica Unione oritur Communi-  
catio attributorum τὸ λόγος facta Humanæ Naturæ, sequitur etiam Patris  
& Spiritus S. attributa esse carni Christi communicata. Resp. Chemnitius p.  
159. sicut in Unitate Natura Divina non absolutè, sed relatè spectata, & ut in  
solus Filii hypostasi subsistit, assumptam Humanam Naturam, ita etiam essentialia  
Divinitatis attributa non prout absolutè considerantur, sed ut essentia genitæ  
seu Filii attributa, sunt Communicata. Conferatur quæ supra hanc rem pre-  
notata fuerint.

§. 12. Argumentantur tertio; Cum essentialia Idiomata Deitatis  
idem sunt cum Essentia Divina, sequi ipsam Humanam Naturam fieri Di-  
vinam Essentiam. Respondet Chemnitius p. 160. nullam esse rationem con-  
sequentiæ, propterea, quod non essentialiæ ac physicam Communicati-  
onem Idiomatum Deitatis statuanus, sed personalem, seu talem, quæ ex  
dispensatione Unionis pendeat.

§. 13.

§. 13. Non hodie solum, sed etiam olim præ cæteris frequentarunt  
*Quarto* & multum tribuerunt huic argumentationi: Si attributa Divina sunt communicata Carni Christi, cùm sint idem cum essentia, & ita quæ ipsa naturæ aut omnia erunt communicata, aut nulla. Sed non omnia sunt communicata, quia Caro Christi non est æterna, immensa, infinita &c. E. nulla. Respondet Chemnitius protixè ad hoc argumentum p. 160. q. 5 b. § 161. q. 5 b. (1) Intra terminos Divinae pærefactionis in hac de Communicatione Majestatis disputatione, nos met humiliter continere debere, & quia Carnem Christi Scriptura non vocat æternam, infinitam, immensam, expressè autem testatur, Carni Christi datam Virtutem vivificandi &c. negandam esse Consequentiam. (2.) si tamen proprius aliquando ad argutias dissolvendas accedendum sit, negandam esse Minorem ejusque probationem. Confunduntur attributa Divina, quæ ut ut eadem sint rūm cum essentiâ ipsa, rūm inter se, si absolute spectentur, tamen si relatè & ad extra considerantur, est differentia inter illa, quæ in Sinu Deitatis manent, & quæ foras ad efficientiam progrediuntur, non quidem in ipsa Communicatione, cùm omnia sint communicata, sed in modo; Omnia communicata sūt quoad possessionem, non verò quoad usurpationem & immediatam denominationem, hoc n. solis illis attributis competit, quæ foras progrediuntur, & ad extra se produnt. Hinc Caro Christi, ut ut non sit æterna, immensa &c. nec habeat æternè Omnipotenciam, tamen habet æternam, immensam, infinitam, omnipotentiam, scientiam &c. Quæ alias huic Communicationi ab adversa parte solent obverti, diligenter excusserunt Hunnius contra Pezelium, Pappus in Aug Confess p. 59. & seqq. Hutter. in Loci Theol. fol. 160b. seqq. in Form. Concord. p. 800 seqq. Gerhard. in Loci Tom. I. §. 123. & in Oratione T. I. annexa ut. in Exeg. Loci de Christo §. 247. seqq. Mentzerus in Scriptis contra Sadeelem & Martinium, Schroderus in Sceptro Regali Christi, in quo unicum hoc argumentum de Communicatione tertii Generis tractat contra Adversarium suum. Graoverus Art. III. A. C. p. 129. seq. &c.

§. 14. Daneus in Examine Chemnitii reprobendit in Chemnitio, quod c. XIX. p. 121 scripsit, ea quæ per Unionem Personalem Humanæ in Christo Naturæ communicata sunt, non tantum præter & ultra, sed etiam contra naturales Humanæ naturæ conditiones esse. Inde concludit, talia à Chemnitio tribui Humanæ naturæ quæ illam ipsam destruant, cùm

cum omne αντιφυσικὸν destruat naturam. Respondeo i. loquitur Chemnitius de Humana Natura (i.) ut est illa communis aliis puris hominibus, non verò prout singularis est, & in Persona Filii Dei subsistit. Ut contra naturam esse, ipsi non idem sit ac destruere naturam, sed contra communis Naturae ordinem esse. Ita Contranaturale est, quod Christus secundum Carnem conceptus sit ex Spiritu S. & natus ex Maria Virgine, sed tamen hoc non naturam destruxit, sed potius sanctificavit eam. (2.) non simpliciter hoc ita dicit, sed ναὶ περὶ secundum quid & prout, illis videtur esse, qui ex solis principiis naturalibus de ἀνθρώπῳ Carni Christi communicatis judicare & aestimare volunt. Hanc & non aliam Chemnitij esse mentem oppidò manifestum est, quod unus textus ex multis satis ostendit. Apud illos, inquit c. XXXII. p. 264b. & 265.a. qui solam humanam rationem in consilium adhibent, & usitatum naturae ordinem inspiciunt, ac assumptam humanam naturam in Christo, tantum in terminis physicis, & juxta solas essentiales seu naturales proprietates considerant, aliquam speciem habet argumentum illud, quia veritas humanenatura in Christo retinenda est, Ideo Christum, in & cum suo Corpore, seu per suum Corpus non facere aliquid, quod sit contranaturam. Sed ex Scriptura certum est, Deum sua Omnipotentia talia multa & posse & facere in aliis Creaturis, quibus tantum generali praesertim adest, ut scil. volente Dōc, multa in illis fiant non tantum preteriuerūm etiam contra Legem & Ordinem nature, Substantia etiam Creaturarum nec mutata nec destruta.

AB 42 3  
i, 9


VOA7



# Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres



Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

17  
P. A.  
NIS AD LOCOS  
Chemnitii,  
ATIO XVI.

VERE COM-  
S IDIOMATUM

CARPZOVV SS. Thol.

blico & ad D. Thomz  
iaste;

lente  
Bisemwindel  
vono,

s, Anni 1648.  
itur.

IAE,  
XCI COLLEGI